

930.

1287.

CARL GUSTAFSSONS skuldebref på 7 mark silfver till sin syster MARGARETA, för hviken skuld Forsa qvarn lemnas till pant.

A. 6. a. 1: 35.

Omnibus presens scriptum cernentibus, KARULUS gøzstaf son, salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volo omnibus, me teneri obligatum dilecte sorori mee margarete jn septem marchis puri argenti per natale domini proximo futurum persolvendis, si autem me mori contigerit infra dictum terminum ipsi sorori mee molendinum meum in forsum inpignoravi pro argento memorati, vsque dictum argentum per me vel per heredes meos fuerit persolutum, & si dicta pecunia in natali vt dixi non persoluitur ipsa statim in suam potestatem recipiat molendinum jn cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillis dominorum haquini tunæ son nicholai sigrihæ son, Datum anno domini M^oCC^oLXXX^o septimo.

På frånsidan med gammal hand: thetta är brefvet vpa forsa qwärn.

Sigillen: 1. Med vapen: omskriften skadad. 2. Med vapen, omskriften; + s'NICHOLA - - IGRIDIS
FILLI.

931.

1287.

BOTILDS af Wimark Testamente på jord i Serpaboda till Linköpings domkyrka och penningar till åtskilliga kloster.

A. 4. a. 13.

JN nomine domini amen, Quoniam ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit, necessarium esse dinoscitur, extremi iudicij diem, operibus misericordie preuenire, hinc est quod ego BOTILDIS de Vymarkum, sana & incolumis, ac per omnia optime mei compos, diligenti deliberacione prehabita, & maturo consilio, ne me in annis senilibus, repentina morte, tolli contingat de medio intestatam, de bonis mihi a deo collatis taliter duxi ordinandum, Jn primis confero ecclesie Lincopensi, dimidium octenarium terre in serpæbothum, perpetuo possidendum. Jtem fratribus minoribus Lincopie .XV. marchas denariorum, apud quos quandocumque me de presenti seculo continget emigrare ecclesiasticam eligo sepulturam, Jtem ffratribus eiusdem ordinis Sudhercopie, X. marchas denariorum, Jtem ffratribus predicatoribus Skæningie .V. marchas den. Jtem sanctimonialibus in Wretis .V. marchas den. Jtem sanctimonialibus in Askæby, V. marchas den. Jtem ecclesie wirnungsrum, bona que possideo Gunwatabothum, ita tamen quod omnes prouentus earundem, per-

petuo, pro uino, cera, uel alijs diuino cultuj necessarijs, expendantur, huius autem donacionis sev testamenti testes sunt, gardianus sudhercopensis ffrater Jngeldus, cum socio suo ffratre bothwido, ffilius meus thwlpho, Jngo, Thuko, Sýwykinus pistor, ciues Sudhercopenses. Vt autem hec mea ordinacio debitum sorciatur finem & effectum, presentem paginam, sigillis suppendentibus, hoc est thwlphonis filij mei, prepositi Sudhercopensis, communitatis ciuitatis ibidem, ac fratrum minorum eiusdem loci feci communiri, Actum anno domini. M^o.CC^o.LXXX^o.VII^o.

Sigillen N:o 1, 3, 4 bortfallne, rimsorne qvar; N:o 2 andeligt; mycket skadadt.

932.

1287. d. 3 Febr.

Filungshed.

Intyg å hvad andel Prosten WIMUND ägde af fisket i Fölinge, Kisa socken.

A. 6. a 1: 10. *)

Anno domini M^o.CC^o.LXXXVII^o. habuit prepositus Wimundus. de johanne jngason de haldens bole quartam partem attongi in piscariis in filunge nordhanlands. Jtem de finuido de frodhult et nepote eius kanuto, habuit tantum. Jtem de Swenone de vrabodhum, quartam partem de tercia parte attongi, habuit primo. deinde habuit de eodem secundo. tantum, et hoc totum factum fuit in crastino purificationis beate virginis. jn maiori stupa filungshedhe, fæsteman fuit ærnelius de kysæ, Testes, johannes de myældrem, herotus de korpæ kleff, bondo companarius, johannes vpsyæ, et alii plurimi fidedigni.

933.

1287. d. 21 Febr.

Lund.

ARVIDS af Lund testamente af en fors med fiske i Skätharg, samt $\frac{2}{3}$ markl. jord och hälften af husen i Lund till Ärke-Biskopsbordet i Upsala, mot kläder och behöfligt uppehälle deraf i sin lifstid.

A. 3. a. 3: 9.

JN nomine patris. et filii. et spiritus sancti. Amen. Ego ARWIDUS de lund quamuis corpore sanus tamen in etate decrepita, constitutus. Considerans quod illum felicem censuerit antiquitas qui periculum alienum sibi conuerterit in cautelam. Jgitur periculosa res senectus. que quos occupat multis circumdat incommodis & molestat. cor meum multipliciter exterruit et concussit. Nam vergente deorsum conditione corporea sensus ebescunt. vires de-

*) Efter en af Dom-Prosten och Capitlet samt Fogate och Råd i Linköping d. 16 Mars 1337 bekräftad afskrift.